



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Post Communionem.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

quantum potui. Confido in infinita misericordia tua, quod sis mihi arbor vitae, & fructu ex ea gustato non sim moriturus in aeternum.

Demum mi JESU adhuc unum. Tu velut peregrinus post mortem duobus Discipulis euntibus in Emaus te adjungens explicando Script. & Prophetias procurasti, ut cor eorum arderet, & illi inclinata jam die ad Cenam invitantes te agnoscerent in fractione panis, sive sumptione corporis ac sanguinis tui. Ecce mi Domine, inclinata est jam dies vitae meae, advesperascit, & tenebrae mortis ingruunt. Ardet jam cor meum erga te ob parolas, quas ex Script. de S. Viatico te Deo meo Eucharistico ruminavi. Jam quantum possum, suaviter cogo te, ut apud me maneas. Ut cognoscam te, ut oportet in fractione panis, & oculi mentis meae ita te cognoscendo, amando ante mortem meam aperiuntur, ut sine panis involucro postmodum in celis te videant facie ad faciem.

Post Communionem.

E licitis affectibus fidei, speci, caritatis, contritionis, humilitatis, gratiarum actionis, &c. aliquique affectibus rogantur adstantes, ut simul oreant, vel tibi prelegendat Psalmum 22, in quo David in sensu allegorico loquitur in persona Ecclesiae, & cuiusque fidelis Christum Pastorem suum agnoscens, eique gratias agentis ob varia dona, & praecipue Sacramentum Eucharistiz. Describitque primo vitam purgativam hominis sub typo ovis à v. i. quæ collocatur in

Pars tertia

364 fertili loco , ubi arcent optima pascua famem ,
 aqua salubris sitim extinguit , & simul bona ovis
 à deviis & periculis præservatur de die reducen-
 do errantem ad caulas , de nocte ducendo per
 semitas æquitatis ; ità ut Pastor semper comitem
 se illi præbeat in tenebris , lupos ferasque insi-
 diantes repellat , virgâ vagantem corrigat , &
 baculo infirmam sustenter . 2dō. Describit viam
 illuminativam sub typo amici & hospitis v. 6.
 cui cibi in quiete & unguenta ad luctam suppe-
 ditantur . 3tō. Denique à v. 7. vitam uniti-
 vam sub titulo calicis inebriantis . A quo ine-
 briatur homo sui terrenorumque omnium ob-
 litus , fidens in divinæ misericordiæ comitatu
& præsidio , amoreque ac desiderio æternorum
 bonorum languens .

*Psalmum hunc subiicio cum Paraphrasi de ver-
 su ad versum.*

V. 1. Dominus regit me , & nihil mihi deerit , &
 in loca pascuae ibi me collocavit .

Paraphrasis.

Dominus in suam tutelam me recepit tan-
 quam oviculam suam Pastor . Non potest
 sub umbra adeo potentis & benigni deesse ali-
 quid . In felicem me Ecclesiae suæ , ordinis re-
 ligiosi NB. tot Sodalitatum piarum campum
 immisit doctrinæ sacræ suavitate ac varietate &
 gratiaz multiplicis ubertate pingue .

V. 2.